Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



lapidem precisum de monte qui percussit statuam in
pedibus ferreis & comminuit pariter aurum argentum
& es. In auro enim intelligitur regnum assyriorum. in
argento medorum. in ere persarum atq; macedonum. in
ferro regnum romanorum significatur. Xpc enim natus
de stirpe iudaica sine opere maritali. p predicati
onem apli. percussit extremitate regni romanorum
& tunc pfata omnia secula regna contriuit. que
illi erant subiecta. Lapis autem creuit & suscitatus
est in regnum. quod in eternum non dissipabitur. Vnde
& subditur. Quoadusq; signemus seruos di nri in
frontibus eorum. Vbi intuendum. quia cum superius
unum anglm se uidisse dicat iohannes. ipse angls.
nunc pluraliter loquitur dicens. Quoadusq; sig
nemus seruos di nri in frontibus eorum. ego scili
cet & apli mei. Quod enim fecerunt apli ipse xpc
fecit. qui in ipsis habitat. iuxta illud. Ecce ego uo
biscum sum omnibus diebus. usq; ad consumma
tionem seculi. Signum autem quo signantur omnes
serui di in frontibus. ipsum signum est scae crucis. qd
fideles in ecclia duplicitter in corpore scilicet & in
anima portant. In corpore scilicet. quia signantur
in fronte in nomine patris & filii & spus sci. In
anima uero. quia xpi passionem imitantur. crucifi
gentes se cum uitiis & concupiscentiis. Vnde in
ueteri testamento preceptum e. ut sup utrumq;
limen ponant de sanguine agni. quia n prodest
hoc signum exterius. quemquam portare. nisi ipsius
quis acceperit & interius. Fides enim si n habet